Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

sed ut deficiant et te oculi tui & fla
belat anima tua & pars magna
domus tue morietur cum adul
tem etatem uenerit. Tu. Hoc autem
erit tibi signum quod uenturum sit
duo filij tui. ofni & finees i die uno
morientur ambo & suscitabo michi
sacerdotem fidelem. qui uiuet coram
meum & animam meam faciet. et
edificabo ei domum fidelem. & ambu
labit coram xpo meo cunctis diebus. T.
Minuum est autem. ut quicuq;
remanserit i domo tua. ueniat ut
oret pro eo & offerat minuum
argenteum & tortam panis. dicat
q; Dimitte obsecro me ad unam
partem sacerdotalem. ut comedam
buccellam panis. Puer autem sa
muel ministrabat domino coram illo
hely. et sermo domini erat pauclus.
In diebus illis non erat uisio ma
nifesta. Tu autem. Dominica. ij.
Factum est ergo ut die quadam.
hely iacebat in lecto suo & oculi
eius aliguauerunt. nec poterant uide
re lucem dei. antequam extinguerentur.
Samuel autem dormiebat tunc
in templo domini. ubi erat archa
dei. Et uocauit dominus samuelem. Q
respondens ait. Ecce ego. et cucurrit
ad hely & dixit ei. Ecce ego uocasti e
nim me. Qui ridens dixit. Non uo
cauj. reuertere & dormi. Tu. Abiit
ergo et dormiuit. et adiecit dominus
rursum uocare samuelem. Consur
gensq; samuel abiit ad hely & dixit
Ecce ego qui uocasti me. Qui ridi
Non uocaui te fili mi. reuertere & do
rmi. Porro samuel nec dum sciebat
dominum. neq; reuelatus ei fuerat sermo
domini. Et adiecit dominus. uocauitq; sa
muel tertio. Qui consurgens abiit
ad hely & dixit. Ecce ego quia uoca
sti me. Tu. Intellexit igitur hely.
quia uocasset dominus puerum. & ait
ad samuelem. Vade & dormi. & si de
inceps uocauerit te dices. Loquere
domine. quia audit seruus. Abiit
ergo samuel & dormiuit in loco suo.
Venitq; dominus & stetit. & uocauit si
cut uocauerat sedo. Samuel samue
el. Et ait samuel. Loquere domine. quia
audit seruus tuus. Et ait dominus ad sa
muelem. Ecce ego facio rem in isrl.
quod quicumq; audierit. tinuient
ambe aures eius. In die illo suscita
bo aduersum hely. omnia que locu
tum sum super domum eius. inchoam &
complebo. Predixi enim ei. quod iudi
cauerim ecclesiam domus eius in eternum
propter iniquitatem. propter iniquitate
eo quod nouerat indigne agere filios
suos & non corripuit eos. Tu autem
Idcirco iurauj domui hely. quod non
expietur iniquitas illius uiciis
& muneribus usq; in eternum. Dormi
uit autem samuel usq; mane. aperu
itq; hostia domus domini. Et sam
uel timebat indicare uisionem hely.
Vocauit ergo hely samuelem & dixit.
Samuel fili mi. Qui ridens ait.
presto sum. Et interrogauit eum.
Quis est sermo quem dominus locutus est
ad te? Oro te ne celaueris me. Hec
faciat tibi dominus. et hec addat si cela
ueris a me sermonem ex omnibus ui
que dicta sunt tibi. Tu. Indicauit
itaq; ei samuel uniuersos sermones.
et non abscondit ab eo. Et ille re
spondit. Dominus est. quod bonum
est in oculis suis hoc faciat. Cre
uit autem samuel. & dominus erat cum eo.